HAIMO ALTISSIODORENSIS
3. Viertel 12. Jh. Seite 18r
Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36535
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift



p̄cepta: possit saluus fieri. Sapientior quoq; conside
rat altiora mysteria. cū audit. in principio erat uer
bum & cetera. Quibus subleuatus nichil in hoc mun
do ambit. quia desiderat iam frui eius p̄sentia: cui
tanta in diuino eloquio predicat magnificentia. Et
facies eius sicut sol in uirtute sua. Quia xp̄c & eccl̄a:
una ē p̄sona: caput uidelicet & membra. p̄ faciē eius
possumus intelligere scōs. non tamen tales quales
nunc sunt. sed quales postmodū futuri. cum ad sui
creatoris uisionē p̄uenerint. Vnde & dn̄s in euglio
dicit. Tunc iusti fulgebunt sicut sol in regno patris
sui. Quod uidelicet n̄ de isto uisibili sole intelligere
debemus. cū & ipse multo maius lumen habiturus sit
iuxta illud p̄pheticū. erit lux lunę sicut lux solis. &
lux solis. sicut lux septem dierū. sed potius de illo de
quo scriptū est. uobis timentib; nomen meū orietur
sol iusticię. Si autē sc̄i maius lumen habebunt quā
iste sol uisibilis. quantū putamus excellentiorē et
sublimiorē ēē capitis claritatē. a quo membra illumi
nabuntur. Vnde & cū de sole hic loqueretur iohs. ad
didit. sicut sol lucet in uirtute sua. quando scilicet
meridiano tempore in centro çeli ita resplendet. ut
nullatenus humanus aspectus ferre ualeat claritatē
luminis eius. Hanc claritatē ostendit in monte co
ram tribus discipulis. quando facta ē facies eius sicut
sol. Centies enī tantū sicut dicit beatus hilarius fulsit.
sed n̄ habuit euglista creaturā splendidiorē cui compa
rare possit eandem claritatē. idcirco dicit sicut solē
resplenduisse faciem eius. Et tunc qualis apparuit